

§ 55	<u>Heinricus rex apud Traiectum Fresie urbem diem pasche cum matre imperatrice egit.</u>	Henricus rex apud Traiectum Frisiae urbem, diem paschae cum matre imperatrice egit.	<u>Heinricus rex apud Traiectum, Frisie urbem, pascha simul cum matre imperatrice egit.</u>
§ 56	<u>His diebus Anno, Agrippine Colonie archiepiscopus</u> quorundam <u>principum</u> consilio <u>imperatrici</u> iamiam super propriis et publicis negotiis regni consulte agenti filium <u>et alia</u> regalia <u>insignia</u> sub quadam <i>arte</i> ¹² <i>pelasga</i> subtraxit et eam potestate regni privavit. Per aliquantum temporis rebus rei publice idem episcopus ut novus providebat, postmodum autem ille ut alii magis sue quam publice utilitati inhiabat.	Hiis diebus Hanno Agrippinae Coloniae archiepiscopus, adnitentibus quibusdam regni <u>principibus</u> , Henricum regem cum lancea <u>et aliis</u> imperii <u>insignibus</u> a matre <u>imperatrice</u> vi arripuit secumque Coloniam adduxit. {folgt § 51 B}	<u>His diebus Anno Coloniensis archiepiscopus</u> , annitentibus quibusdam regni <u>principibus</u> , Henricum regem cum lancea <u>et aliis</u> imperialibus <u>insignibus</u> a matre <u>imperatrice</u> vi arripuit secumque Coloniam adduxit.
§ 57			Dissensio magna facta est inter imperatricem et Guntharium Babinbergensem episcopum.
§ 58	<u>Ebirhardus, Treverensis archiepiscopus</u> , inter agenda <u>officiorum</u> in <u>sabbato sancto</u> raptus est huius vite ergastulo ^d .	{Eberhardus Treverensis archiepiscopus XVII. Cal. Maii, <u>sabbato sanctae paschae</u> , completis a se ipsius diei <u>officiis</u> , ipsis	{Eberhardus Treverensis archiepiscopus XVII. Cal. Maii, <u>sabbato sancto pasche</u> , completis a se ipsius diei <u>officiis</u> , ipsis

d) ergastulfo A.

12) *Vergil, Aeneis II, 152.*